UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1509

Visual Library

CANDIDO LECTORI.

NON vni Herculi cum hydra Lernæa pullulantibus capitibus res fuit. nam & mihi domitu tot mendarum monſtris alteram aciem obijci video. Librorum enim huius Epitomæ quinque, Primus, ſecundus, ſeptimus, nonus, & decimus (ſequor enim Frobenianam & Gryphianam, primáſque editiones, nuperis illis & interpolatis longè meliores, quod à ſcriptorum librorum fide propius abſint) Excepta quædam continent ex quinque libris Controuerſiarum Senecæ, ab aliquo Eloquentiæ ſtudioſo collecta. Reliqui verò Libri, Tertius, quartus, quintus, ſextus, & octauus, ſingulares ſunt: integra enim quæ erant, temporis iniuria interciderunt: quod compendiis illis vel potius diſpendiis, acceptum ferimus. Perdifficilis itaque, amiſſis fontibus, de riuulis coniectatio. Tamen & hic quædam ἐν παρέργῳ, ne quid ad operis totius editionem omiſiſſe viderer adnotaui. Aliorum verò quinque librorum vberiores emendationes Controuerſiis, ſuæ quæque loco, inſperſæ ſunt: quod ex comparatione mutuam operam præſtiterint: cùm hic quædam, nonnulla illic rectius legerentur, & non ad oram libri, ſed in calcem, varias lectiones in Senecam Rhetorem de vett. libris conieci. In Epitome verò emendanda antiquiſſ ſum vſus codice Ant. Auguſtini egregij Præſulis, & omni doctrinæ genere ita perpoliti, vt paucos ei comparem, anteponam neminem. Suppeditabit & Ferdinandus Pintianus quædam, ſi vacat cum his committere: Suggeret quoque non pauca, quem nunc primum trans Pyrenæos adferimus, Io. Petreius Toletanus, ex cuius Scholiis optima quæque ſepoſita, Emendationeſque (à quibus ipſe, vt meris coniecturis, ſæpenumero inuitus vi veritatis, coactus ſum recedere) exſcripſi. Verum de his eruditos omnes, quibus non præiudico, ex æquo & bono exiſtimaturos confido. Vale.

INDEX